




# De laudando in Maria Deo, D. Ioan. Oecolampadii sermo.

<https://hdl.handle.net/1874/429979>



**I**OAN. OECOLAMPADIVS IOANNI IVNG  
Canonico & Vicario in spiritualibus  
Frisingensi, S. D.

**T**ametsi mi lungi, haud potuisses arctiori quam amicitiae sacramento me astringere, ad morem gerendum tibi in his, quae nuper flagitabas. Tantum enim apud me sanctum illud charitatis nomen est, ut propè nihil non & imperet imperiose, & impetrat fiderenter. Compertum tamen & hoc mihi est, id ipsum non men apud te non minoris esse momenti, quod malis cassari preces, quam oneri esse amico, sicuti tempus uiresue minus respondent. Proinde cum nunc commode prestare nequeam, quod petis, bona fiducia inoffensa charitatis reificemus illud in feriatius aliud tempus: quo si dabitur, & fructuosius, & copiosius satisfaciam. Interim tu me tui ne arbitris oblitum, quin potius è mora amplioris prouentus spem cōcipo. En nunc in pignus profero sermonem quale in cunctis, De laudando in Maria deo, nuper à me uernaculo dictum: quem tibi ob tuam singularem uitae pietatem, & Mariæ obseruantia dedico: obsecrans ut amicu cum potius animum, quam exiguum donum respicias.

**E**x Monasterio S.  
Altonis, pri  
ma April  
lis.

C

DE LAUDANDO IN MARIA DEO.

Io. Oecolampadii Monachi Sermo.



Vum nihil consummatus, excellentiusue agere possimus, siue mortales, siue immortales, quam ut mente quidem semper, spiritu autem uocali, ubi uel exigit, uel permittit comoditas, a charitate impulsi, eruimus ad laudandum deum: qui ob immensam bonitatem,

hoc est, propter se ipsum, solus efferendus est laudibus. Et planè beatissimum foret, dispulsis phantasmatum imaginum nostratiū crassis caliginibus, cum angelis puram dei essentiam contemplantes, & incensos admirationis atque stupitis magnitudine, ebriosque amoris poculo, incessabiles pæanes, contentissima iubila μυσικῶν τριτάγηα in uoce tubæ cornæ concinere. Atqui nondum adest ille dies, nondum aefulsit desideratū illud sabbatum, nondum octonarius ille perfectionis circumcisionis completus est: nondum in perfectum virum, nondum in mensuram Christi adoleuiimus: humi adhuc repimus, & oculis lemariū plenis lucem fugimus, uel certe ægerrime ferimus. Vix multo sudore & agone, è radiis in creaturas effusis, tanquam in una bra uel ænigmate aliquā illius tenuitatē deprehēdimus. At nō ideo deficiendum, sed diligētissimo studio amplexanda sunt oia, quæ nos quoque modo ad id pietatis uel pmiouēt, uel alliciunt: tantumq; magis obseruāda, quo cōducūt pp̄ius. Neq; omnino

A 2

destituti sumus adminiculis. Nam ducatu uisibiliū ad peruidenda inuisibilia dei manuducimur. Qui creaturarum præcipuus est, atq; honestissimus tam fructus quām usus. Iustus sanè cœlo, cœliq; aspectu careret potius, quām spestanto non magnificaret tantum opificem: potius omnibus aquarum commodis, omnibus terræ prouentibus, omnibus animantiū solatiis ac adiumentis, imò omnibus figmentorum omnium bonis carceret, quām tanto architecto & plasti suū in illis honorem non tribueret. Quid inquam? mallet ipsissimam animam suam interire perpetuo, quām uiuere ingratam, gloriamq; deo nō reddentē. Iubentur à Prophetis inanimatæ ac stupidæ creaturæ, non solæ quæ nobis amicæ, sed quæ etiam aduersæ, laudare deum: imò ut per eas à nobis, dum illæ ordinem suum seruant, laudetur & superexaltetur. Laudabilis itaq; deus die ac nocte, hyeme ac estate, turbido & sereno cœlo, salubri & pestilente aëre, undoso & placido mari, in bello & pace in abundantia & penuria, in fame & saturitate, uita & morte. Ait enim: Ego dominus, & non est alter, formans lucē, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego dominus faciens hæc omnia. Nec pauciores in nobis cauſæ, propter quas & sacrificia laudis, & nosmetipſos in hoc locauustomata altissimo immolare debemus. Haud aspernabilis est & nostra conditio, qui dicimur & sumus ὁ μηδέ κοστυος, omnis creatura, omnium copula, nempe cœlestium & terrestrium, spiritualium & materialium: quibus cū omnibus participatus nobis est, addē, per Christū in omnibus nobis principatus est. Eſſus est in hominē diuinæ liberalitatis

IO. DECOLAMPADII SERMO.

beralitatis thesaurus. Quæ in aliis sparsim, in homine cō-  
iunctim reperies. Singulaq; admonent, ut conditoré tuū  
agnoscas & prædices. Neq; aliquid inter nos & fratres fa-  
ciendū est discriumen. Nō minus amandus, uenerandusq;  
deus est, ob dona quæ aliis, quām ob ea quæ nobis conce-  
lit. In quibuscūq; se nobis deus offert manifestius, in iisdē  
agnoscēdus & colendus est religiosius. Atq; adeo expedit  
nōnunquā ignoratis uirtutibus nostris, admirari alienas.  
Nihil interim damni feceris, si thesauri tui aliquātis per nō  
recohereris, ut ex alienis tuo nonnihil accedat: deferuerescit  
enim interea philautia, aboletur cenodoxia, facessit inui-  
dia, adurit pia æmulatio, augescit charitas. Recte itaq; ad-  
monet Propheta, ut in sanctis laudemus deum. ¶ Et ad  
nostrum institutum perueniamus. In quo plasmate tam  
laudandus deus, ut in uirgine Maria: quam hodie non so-  
lum inhabitare celi templum sacratissimum, sed ex ea, &  
in ea carne assumpta homo fieri dignatus est. Cœli enar-  
rant gloriam dei, ne inuideant: quem ipsi continere nō po-  
terant, uirginis utero clauditur. Quantum nunc illa enarra-  
bit gloriam dei! Desinat esse miraculum ex ore infantium  
& lactentium probari diuinam prudentiam: hodie in uir-  
gine nascitur, & nutritur infans omnipotens sermo dei.  
Obstupescant angeli, quod ipsis præteritis rex eorum ad  
uirginem diuertit. ¶ It quomodo non per eam laudabilis  
deus, in qua sese ostentant gratissime, si uspiam diuina cō-  
mendantur munera: in quam congesta, quæ alicubi disse-  
minata: in qua resurgent, quæ alicubi nitescant? Nam ut  
homini cōmunicatæ creaturarum omnium dignitates, ita

## 6 DE LAUDANDO IN MARIA DEO.

ista omnium humanarū eminentiarū particeps est. Quid mirum, si παραβολὴ nulli non creaturæ comparetur, diciturq; ut est, cœlum ornatissimū, pulchra ut sol, electa ut luna, clarior syderibus, secundior terra, profundior abys- sis, candidior liliis, odoratior rosis, humilior violis, & rur- sus procerā ut palma in Cades, exaltata ut cypressus Sion, exaltata ut platanus iuxta aquas, exaltata ut cedrus Liba- ni. Et quis colligeret omnia? Quid item mirum, si figuris suis scriptura nobis eam deliniet, quas pī nō explodunt: licet doctiores sublimiora, reconditionaç ex eis hauriant mysteria. Recte & ipsa dicitur Ardens rubus Mosis, Virga Aarō, Vellus Gedeonis, Arca foederis, Turris Dauid, Thro- nus Salomonis, Hortus conclusus, Fons signatus, Porta clausa, Vestimentum summi sacerdotis, atq; aliis modis. An & ad humanas laudes transeundū? Quid ergo mirū, si dicatur, cum ita sit, quod fide uincat Abraham, patientia longanimitateq; Isaac & Iacob, castitate Ioseph, mititate Dauid, maiestate Salomonem, religione Iosiam: &, ut se- mel dicam, omnes numeris omnibus uincat, excellatq; ita in unoquoq; uirtutū genere, ac si solum illud ei peculiare fuisset. Superuacuū foret eam conferre Saræ, Rebeccæ, Ra- cheli, Debboræ, Hester, & aliis sanctis mulieribus, quæ & viros instantum anteiuuit. Quin potius, si cœlestes angel- eæq; uirtutes nobis cognitæ essent, in eis liceret nobilius co- gnoscere quid illi cum unaquaq; cōmune. Sed quæ supra omnes, quæ regina est omniū, quam deus præ omnibus honorauit, cui similis nō reperitur alia, quid nō assequuta, quod eminentissimam probet? Porro licet naturæ gra-

siarumq; dotibus dicatur, & sit longe præstantior quam re-  
 tulimus: in ea tamen laudanda si mens nostra subsistat, pi-  
 aculum erit. **D**anda enim est gloria nomini domini. Sunt **Attende**,  
 autem qui multum in cultu Mariano occupantur, absque  
 fructu tamē salutis suæ, nō enim exurgunt altius. Sicut me-  
 lior non est astrologus, qui spectat astra, & astrorū factorē  
 nechonorat, nec agnoscit. **Q**uocirca malignus dæmon,  
 ministerio docticulorū, & ceremoniosorum stipatus, pluri-  
 mū ferit zizaniarū, prætextu bonorū operū, à melioribus  
 auocans, si nō interdū in manifestaria flagitia detrudēs, id  
 quod declaratu facillimū. **E**n sancta quædā noīa soli deo  
 & Christo tribuēda: utpote uita, salus, desyderiū, dulcedo  
 spes, expectatio, corona, gloria, atq; alia huius generis, ad  
 Mariā & sanctos primū forte pia ratione, ob patrocinii re-  
 fugiū, ut tamen, & non admodū Christiane detorta sunt.  
**E**quidē simpliciores, qui affectibus non quò oportet gra-  
 diuntur, perinde iam certi uotorū pedem ibi perdite figūt.  
 Iam quam egregium facinus, quod acceptum ferunt Bo-  
 nauenturæ, qui Psalteriū Davidis, natū ad hoc ut auulsas **Psalterium**  
 à creaturis omnibus mentes in solum deum subuehat, cor **Bonaventure.**  
 ruptis maxima ex parte mysticissimis uersibus, Psalteriū  
 Mariæ reddidit. **Q**uem ineptiores quidā alii subsequuti,  
 miris fabulis ac nugis, prodigiosisq; mendaciis, ipsi exem-  
 pla uocant, vulgum induxerunt, ut numero psalmorū nu- **Exemplorum**  
 merū salutationum angelicarum æquaret: nihil sublimi-  
 us docentes, quam ut inuocent, & laudent Mariam: deci- **Rosarium.**  
 esque ipsam, antequam semel salutent dominū. **Q**uorū  
 ignitor affectus, & purgator mentis oculus, quoties uel

Mariam, uel salutationem hanc auditunt, mox incarnationis mysterium angelico nuncio allatum animo secū per tractant: tantiq; beneficij recordatione mirifice recreati, επιφόνιμα, siue clausulam orationis ineffabili suauitate erucent, cum dicant: Benedictus fructus uētris tui Iesus Christus. Is enim est qui in te laudatur Maria, & propter hunc te colimus & admiramus. **A**t quid hoc est eruditio[n]is, iubet dominus semper orare: & nos putabimus rē magnā, sub numeros cogere cordium desyderia, imō quæ illi sufficiere credunt uocalia murmura? Forte ab Euchitis error ille manauit. An numero certo expugnabis durus iudex potius quam precum perseverantia? Quām probē, quām lepidē. **E**xternū ne murmur magis querit dominus quam internum rugitum? Ad numeratas ne preces magis respiciet, quam ad ualida desyderia, modū numerumq; negligētia. Numeros quidem mysticos scio, sed per se efficaces nescio. Sed demus illis energiam quandam, ne contra nos, medicos, Pythagoricos, forte & magos inuocēt. Cur

**A**ttende  
lector. non mage decies dominica oratio repetitur? Sursum cor da attollere admonemur. **A**d patrē dirigēdas preces Christus docuit, & obseruat ecclesia quod accepit. Et Propheta dicit: Dirigatur ad te oratio mea, sicut incensum in cōspictu tuo. Et alibi: Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo. An aduocatæ seruiendum rege contempto? An stabimus semper in porta, & nunquam introibimus? Et utnam staremus in ostio, sicut Abraam. An non & spiritus noster aduocatus est, qui pro nobis inenarrabilibus interpellat gemutibus? An non & aduocatus est Christus? quo nihil

De preculis  
numeratis.

IO. OECOLAMPADII SERMO.

nihil benignius. Se petētibus haud denegat accessum. No-  
nit cōdolere infirmitatibus nostris. Porrigamus ei desyde-  
ria nostra, nō tanquā stipem elephanto meticulosi, sed bo-  
na spe ac fiducia. Quæ est illa reprobata simplicitas, quis  
uanius pauor, trepidare ubi non est trepidandū? Fidenter  
dixerim: quisquis ueretur accedere Christū, uel nescit Chri Attende.  
stū, uel male ientit de Christo. Si elongaretur ab appro-  
pinquantibus ad se non patefacto aditu, haud mirū si tam  
studieremus propitiandis patronis. Atqui non est maceria  
quæ nos excludat, nisi peccatū. Clama autē toto corde ad  
dominū, & corrueat maceria. Neq; ulla est patronorum tan-  
ta facilitas, quanta Christi, per quē sunt misericordes. Neq;  
minus præsens est illis is, qui omnibus se inuocantibus in  
tieritate adest. Quid ergo? An nō implorabimus sanctos?  
Maxime: sed implorando illos cum eis contendamus &  
nos ad Christum, quē adoremus, ante quē ploremus & p-  
cidamus. Abominabile est illis ita cōmittere uota nostra,  
quasi nobis interim secure sit dormiendū. Abominabiles  
preces, si solis labiis dominū adoremus, & cor aliis occupe-  
tur deo indignis. Quid ergo te impetraturū confidis, si tā  
labiis quām corde recedas? Esto interim beatissimæ virgi-  
nis decorē contempleris. ¶ Præterea quid ita nos à nobis  
alienat, & in Christum rapit, atq; recordatio Christi, uel in  
cruce sublati, uel resurgentis è mortuis? Ea ramen neglecta,  
transigunt quidā bonā téporis partē in fruiolis nonnullis  
meditatiunculis, quas ex reiectis apociyphisq; libris, & az-  
nilibus deliramētis sublegerunt. Audiunt Christum cruce  
fixum, & expirantē, & ne suspirant quidē. Audiunt insulta

Christi facili-  
tas.

B

ri Mariae à Iudeis, & lachrymis madescunt. Audiunt Christum, victa morte, & cōtritis ferreis inferni uectibus, resurrectione sua æternitatis nobis aditum patefecisse, & adhuc ambulant tristes, adde & frigidi. Audiunt colloquio Christi latificatam Mariam, & exhilarantur, & iubilant. At illis nec Christus, nec Maria gaudi meroriſue autores sunt: sed quod affectibus eorum proprius est mouet, ut in theatris ignotæ exosaq; nonnunq; personæ lachrymas & risum cibent. An rem crassius doceri uultis? Videris aliquos sabbato, quod lacravunt Mariæ, abstinentes à uino, crapula & Venere: die uero dominico uoluptatibus omnibus uacantes. Solenne hoc est, & propè ubiq; receptum (causas errorum nunc mitto) in festiuos dies Mariæ sonantioribus tintinna bulis populū conuocari, aras uatiis cultibus adornari, symphoniis & organis, hymnisq; lætioribus tempa resonare: dies autē dominicos illis longe festiuores, quia & sanctiores, parum curari. Nec delunt tam superstitionis, qui prospereorem sibi diem polliceātur auditō sacro de domina, ita uocant, quam si de trinitate ipsa, nihil minus interim facientes, quam quod in tatis mysteriis oportet. Dici possent & alia, ut de fraternitatibus, de religiosorū lectis, hoc noīe potius quam Christi gloriantibus, de peregrinationibus, & ceteris. Neminem hic de bono opere arguerim, sed ad meliora, à quibus dehortatur dæmon, prouocare cupio. Audientes igitur, uel uocantes ipsi eam matrem, mox rogamus, ut nobis filium illum benedictum ostendat, & placet. Laudantes eius humilitatē, laudemus & eum cui se humiliauit. Prædicamus eius misericordiam, prudentiam, &

*Attende.*

*Sabbatum.*

*Dies festi  
Marie.*

*Missa de domi  
na nostra.*

alias uirtutes: prædicemus potius eum, cuius misericordia  
misericors, prudens, aliisq; uirtutibus facta est clara. Maxi-  
ma modis omnibus laus est uirginis: sed nulla est nisi per  
Christum. Quin & ipsa tam non uult nos in suis laudibus  
subsistere, quām in eis ipsamet substituit nunquā: tam non  
uult in se confidi, quām ipsamet in se confusa est nunquā,  
in solo deo spem gerens. Placet & hortor, ut in laudibus *Attende:*  
eius certemus: sicutamen, quod tribuantur ei quæ tribuēda,  
& inde in deū ipsum datorē omniū munera assurgamus.  
Nolle me ex cultu eius aliquid diminui, modo cultui diui-  
no, uero illi, quo colitur i spiritu & ueritate, decedat nihil.  
Nunquam de me, ut in domino confido, audietur, quasi  
auerse eam, erga quam minus bene affici, reprobare men-  
tis certū existimem indicium. Et quomodo nō amarem,  
& quis est qui non rapiatur in eius amore, quam deus  
ipse deamat, quam uenerantur angeli & archangeli, quæ  
peperit saluatorē, quæ humani generis est aduocata, quæ  
regina appellatur misericordiæ? Eia hortor iterum atq; ite-  
rum, ut summis uiribus per eam laudemus deū. Quod si  
nos deficiant uerba, laudemus imitationē uirtutū, laude-  
mus castimonia, modestia, misericordia, charitate, fide, uer-  
itate, & ceteris optimis moribus: id qd & uirgini, & uirgi-  
nis filio Christo longe gratissimū erit. Quo etiā fiet, ut ta-  
centes & dormientes citius exaudiemur, & cōmēdatiores  
erimus, quām alii uigilātes, & lōgis panegyricis nullū finē  
facientes. Verum diutius in hoc sermo demoratus est. Ut  
uideo, sititis adhuc, & aliquid de laudibus eius degustare  
cupitis, posteaquam edocti estis quomodo sit laudanda.

Obsequar desideriis uestris: sed hac conditione, ut quicquid laudum suarum attigerimus, mox in deum refundatur, adiecta recondita quadam pectoris gratiarum actione.

**C**liphariatam igitur dotes uirginis commemorari possunt: nepe quomodo eas a deo acceperit, dein quomodo eas in deum retulerit. De utroque quantum satis, non sinit hora breuis loqui. Quid inquam? quantucunq; tempus dimetatur nobis, neutrum uel nos, uel angeli pro dignitate enarrabimus. Et ut sentio, non potuisset etiam ipsa, dum uiueret, praeconiorum suorum magnitudinem eloqui. Quia doquidem ait: Quia fecit mihi magna qui potens est. Nimirum que enumerari non possunt, magna dixit. Quid ergo ego affram, cui parum ingenii, minus eloquentiae? Dicemus tamquam aliqua utcunq; transeuntes ea in quibus plerique multum descendunt, quomodo scilicet in hanc gloriam praelecta sit & praeordinata, nondum conditis seculis: addunt, qui me dicendi audacia uincunt, etiam si nunquam peccaturus fuisset Adam. Omitte te itaque quibus figuris praesignata, quibus uaticiniis praedicta fuerit: & silentes multi uagas eius dotes tam naturae, quam gratiarum, rara & eximia merita, admirabiles beatitudines: quas partim cum aliis communiter habet & excellenter, partim unice possidet. Num nebis sufficiat, quod hodie contigit, inenarrabile illud donum, & summa laudum eius. Hodie in ea scaturuit fons uitae, fons & pelagus bonorum omnium. Hodie reconditus est in uisceribus eius thesaurus inuestigabilium diuinarum sapientiae dei. Hodie floruit in ea flos omnium charismatum, ut clare dicam. Hodie in ea uerbum caro factum est. Ad unum hoc

hoc donum quæcunq; aliquis afferet encomia, nullum at-  
tulisse censembitur. Adeo sibi honorificum, nobis necessariū  
oibusq; salutiferum fuit. Inconsummata tamen esset hæc  
felicitas, immo nō esset felicitas, si se nesciret esse felicē. Sed  
minime omnium ignorauit, quandoquidē & è scripturis  
edocta erant, angelusq; Gabriel abunde declarabat dicens:  
Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obum  
brabit tibi. Neq; ideo minus beata erit existimanda, quod  
dominus ait: Beatores qui audiunt uerbum dei, & custo-  
diunt illud. Nihil enim de beatitudine eius minuit hoc di-  
cto, sed magis cōmendat. Colligere equidē licet, eam non  
minus animo, quām utero fuisse beatā. Si quidē facile cre-  
debat uerbis angeli, parata ad omne imperium domini-  
cum. Quapropter Pater, & Filius, & Spiritus sanctus man-  
sionē apud eā fecerunt longe felicius, quām apud quēpiā  
mortaliū. Hodie itaq; facta est filia & sponsa patris. Ho-  
die facta est filia, sponsa, soror, & mater filii. Hodie facta  
est filia & sponsa spiritus sancti. Trium filia & sponsa, uni-  
us autē uerbi mater & soror: iuxta quod Christus frater o-  
mnium est hominum, & filius Mariæ. Aliquid tantis lau-  
dibus adiicere, quid est nisi diminuere eas, & faculis solem  
illustrare? Cetera enim, ut imperium eius in angelos, prin-  
cipatus in terris, iucunditas tam beatæ animæ, diuitiae spi-  
ritualiū bonorū, tametsi egregia sūt, tamē inter παρεγγόντα  
numeranda, quām in quibus nunc occupeimur: cum hoc  
unum quod diximus, tantū sit, quod enarrari satis nequit,  
ita nec admirari satis potest. ¶ Restat ut nobiscum expen-  
damus & secundum, quo pacto dona à deo sibi concessa

bene & iuste dispelerat. Quod & ipsum tam in Maria, quia in nobis donum est dei. Non sicut igitur arbor sterilis, sed in tempore suo dedit fructum suum: nō recondit talentum, sed lucrata est centuplum. Nec unum deo, & alterum munido: sed omnia quae sibi fuerunt, soli deo consecrauit. Nec hodie solicita, cras torpida ac deses, sed eodem semper tenore fidelis. Nec in uno ardenter, in altero remissior: sed æque omnibus καθ ἀρμονιας sedula. Erat uenter eius ciuitas regis magni, quem nec cœli coelorum capere poterat. Vbera lactabant nobis puerum Iesum. Manus & brachia bauabant conditorem orbis. Genua erat thronus supra Cherubim excelsior. Pedes ambulabant in lege domini: nec retrocedebant, donec apprehenderet desideratum suum. Cor omnino purum & immaculatum. Labia, lingua, & guttur laudabant deum, & discernebant uerbum domini. Narrares imbuebantur odore ungerti sponsi. Oculi eius semper ad dominum. Aures audientes uerbum dei, oblectabantur cithara spiritus sancti, per quas ut auream portam intrauit uerbum dei. Appetitus edendi suus esuriebat eloquia domini, quibus satiabatur, & impinguabatur. Ira eius aduersus solum peccatum erat. Similiter timor, non seruilis, sed liberalis, & qualis etiam in angelis. Amor item erga solum deum. Mens etiam à solo deo regebat, in quem & intendebat. Et ne pluribus: tota uita sua, non sua, sed dei erat. Quin & quem uita, suisque donis omnibus preciosiorem habebat Christum suum, patrisque cœlestis filium, saepe patri obtulisse pie creditur: summaque tandem charitate pro nostra salute, gloriaque dei in mortem istius consensit. Ita tota

Se exinanivit, ut tota esset dei. Dignissima quæ super omnes creaturas laudetur, immo per eam deus glorificetur, in qua tanta dei munera tam eminenter sunt conspicua. O dominum clementiam, O immensam pietatem dei: qui & filius suo tam sancta preparauit matrem, & ne bis tam propitiati in omnibus constituit aduocatam. Ea intercedente, iterum atque iterum in nobis, & per nos benedicatur, & magnificetur, unica laus, & salus nostra deus ipse: cuius est omnis gloria & potestas in uniuersa secula, cuius & uoluntas fiat in nobis. Amen.

**C** F I N I S.

BASILEAE, APVD ANDREAM  
CRATANDRVM, MENSE  
IVNIO, ANNO  
M. D. XXI.

L203-N.

703200

1. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
2. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
3. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
4. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
5. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
6. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
7. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
8. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
9. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
10. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
11. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
12. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
13. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
14. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
15. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
16. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
17. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
18. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
19. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
20. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
21. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
22. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
23. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
24. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
25. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
26. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
27. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
28. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
29. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
30. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
31. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
32. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
33. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
34. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
35. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
36. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
37. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
38. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
39. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
40. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
41. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
42. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
43. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
44. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
45. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
46. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
47. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
48. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
49. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
50. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
51. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
52. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
53. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
54. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
55. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
56. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
57. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
58. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
59. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
60. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
61. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
62. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
63. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
64. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
65. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
66. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
67. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
68. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
69. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
70. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
71. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
72. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
73. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
74. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
75. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
76. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
77. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
78. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
79. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
80. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
81. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
82. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
83. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
84. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
85. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
86. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
87. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
88. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
89. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
90. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
91. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
92. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
93. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
94. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
95. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
96. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
97. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
98. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
99. *Amphitrite et Triton. 1570.*  
100. *Amphitrite et Triton. 1570.*

